



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXIV. De Executore Testamenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

objectum iustitiæ, ut ex Aristotele lib. 5. Ethic. probat idem Lucas de Penn. in d. l. neminem. post princip. vers. cum scienter. & col. 2. post n. 6. vers. ius verò. & à iustitia appellatum est ius. Ideoque qui iuris auctoritate homines capit. percussit & occidit, non solum iustitiæ, sed DEI minister dicitur cap. quimulos & cap. quicumque percussit. 23. q. 7. quia DEUS est iustitia can. existimant. 11. q. 3. Lucas de Penn. in l. neminem. col. 2. num. 5. vers. DEUS enim. & col. 3. n. 7. vers. CHRISTUS enim. Ergo & minister iustitiæ dicitur. Baldus in l. 1. n. 15. vers. quæro, an talis occisor dicatur executor iustitiæ. C. si à non comper. iudic. Ruin. dict. consil. 4. n. 13. vers. & quilibet secundum eum intelligitur electus & deputatus executor & minister iustitiæ. & n. 8. vers. si id faciat, ut minister iustitiæ, vol. 5.

VII.

Executio sententiæ nondum latæ est contra regulam juris communis. l. 1. C. de Exec. rei jud. Farin. 1. consil. cr. 83. n. 176.

VIII.

Electio unius remedii executivi non præcludit viam aliis, quando per primum non est satisfactum; neque in causis executivis paratamque executionem habentibus obstat Exceptio litispendentiæ, proindeque variatio licita est de uno remedio ad aliud, item de personâ in personam. Perez. C. de Exat. Tribut. n. 20.

IX.

Apparitores in alterius territorio extra fines sui officii nihil agere possunt vel exequi. Limita (1.) Apparitores supremarum Curiarum mandata in toto regno exequi possunt, (2.) in causâ annona & tributorum, etiam non petita veniâ ubi liquidum est debitum, executio fieri potest ubique & per quemcumque Apparitorem. Perez. C. de Apparit. Pres. annon. n. 5.

X.

In negotiis privatorum nunquam tuitio vel executio militibus tribuenda l. 1. C. de offic. mil. jud. sed apparitoribus, quia militaris executio plerumque violenta est & ferè hostilis; debent autem executores æqui esse in suo munere, ac dum exequuntur, humani. Nov. 8. c. 8. nihilque debent apparitores exigere, nisi quod exigi consuevit, aut iure debetur l. fin. Cod. de apparitor. Procons. Perez. C. cod. n. 4. seq. neque pro libidine suâ & arbitrio rei alicujus extorquendæ causâ terrorem incutere & concussionem facere, sed suo munere probè & decenter fungi debent. vid. Perez. C. de Cohortal. & Princip. n. 6.

XI.

Judex in executionibus sequi debet consuetudinem loci & antiquam observantiam. Brunnem. ad l. 7. C. de Exat. Trib. §. 4.

CAP. XXXIV.

De Executore Testamenti.

Ad quodcumque tenetur Curator, ad id adstringitur Executor Testamenti, quia Executor nihil aliud est, quàm Curator bonorum defuncti,

hinc debent curare, ut inventarium conficiatur, ut heredes, quod ipsis debetur, accipiant, ut legata, maxime ad pias causas destinata juxta tenorem testamenti præstentur, hinc quoque bona hereditaria exigente necessitate non nisi consensu Magistratus & eorum, quorum interest, alienare, & de administratione rationem reddere debent. vid. Oldendorp. de executor. ultim. volunt. Jacob. à Canibus tract. de executor. ultim. volunt.

CAP. XXXV.

Exempla.

Axioma I.

Exempla non sunt præponenda regulæ, sed postponenda, Hottomann. ad princip. Instit. si quadr. pauper. feciss. dic. vers. Lex XII. Tab. quod licet reprobet Cujac. lib. 12. observ. 11. ubi ait, parum esse, an ab exemplis, an regula incipiatur, quem tueretur Bachov. disput. 8. rhes. 19. pag. 138. Hottomannus tamen vicissim l. obs. 13. rescripsit, vix sanæ mentis (inquiens) eum futurum, qui ita ad Legem Aquiliam commentaretur: ut puta, si quis equum, mulum, asinum occiderit, hæc autem in iis demum quadrupedibus locum habet, quæ pecudum numero sunt. Numquid hunc ordinem servari oportet, ut à regula incipiatur, ac deinde exempla subjiciantur.

II.

Exemplis utimur etiam in causis arduis ad executionem factorum propriorum. Arnif. tit. 1. de Majest. cap. 7. num. 6. Exemplo sit Pontifex Leo, qui usus exemplo Adriani in can. in synod. 23. dist. 63.

III.

Exempla mala imitari vel sequi par non est; l. 1. ubi gloss. in verb. pessimo. ff. ad Sc. Macedon. sed potius reprobanda, Rosfred. Benevent. in quest. Sabbath. q. 38. n. 5. ac exemplorum proclivitas coercenda. arg. laut 16. in fin. l. si quis 38. §. qui abortionis §. ff. de pan. Pileus in quest. aur. quest. 10.

IV.

Exempla præsentia nos cavere præmonent in futurum. cap. plurimos. dist. 82. gl. in c. 1. de serv. non ordinat.

V.

Illud, quod constituitur exempli gratia, trahitur ad omne simile. Bart. in l. fin. 13. §. oportet 10. de Excusat. circa fin. per l. actionum 25. §. 1. vers. in factum. ff. de O. & A.

VI.

Exempla non faciunt consuetudinem. l. nemo 13. C. de sent. & re jud. l. sed licet 12. ff. de offic. presid. vel. 1. consil. 40. n. 68. sicut nec regulam, præsertim quando certis circumstantiis distincta & circumscripta sunt, d. l. nemo 13. C. de sent. & interloc. cum factum tantum in suis qualitatibus declarent, quibus in casibus regula debeat locum habere, non verò ad casus dissimiles extenduntur. Paris. consil. 158. n. 15. lib. 4. Tiraquell. in l. si nunquam. verb. libertis. n. 39. C. de